

H. dei gratia R o m a n o r u m Rex et semper Augustus vniuersis xpifidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit. Gratiam suam et omne bonum. Ad utriusque vite felicitatem presentis et (futurae)¹⁶ nobis prodesse non ambigimus si loca diuino cultui mancipata curauimus ampliare et que ipsis ad sustentationem fratrum diuine remunerationis intuitu collata esse noscuntur perpetuo conservamus huius itaque rei gratia ad notitiam singulorum uolumus peruenire quod nos auctoritate Regia Ecclesie s a n c t i Lutij apud Curiam / concedimus indulgemus atque confirmamus, ut sicut hactenus ipsius ecclesie libertas et consuetudo existebat. Ita quoque de cetero (omnes)¹⁷ possessiones ipsius ecclesie ab omni iure Advocatie libere sint et absolute, nec cuiquam licitum sit in hijs possessionibus / aliquas collectas sine precariarum instituere exactiones preterea quecu(nque bona)¹⁸ ministe(riales)¹⁹ nostri domui et ecclesie (contulerint memorate ratum habere volumus)²⁰ et firmum auctoritate presentium ipsis bona eadem confirmantes. Ut autem prelibata robur obtineant perpe/tuitatis presentem paginam scribi fecimus et sigillo nostre celsitudinis communiri Datum apud [Con]stantiam²¹ Anno dominic(ae incarnationis Millesimo CC. septimo XIII).²² kl. Nouembris. Jndictione prima

Nos ergo supplicationibus prefatorum prepositi et Couentus Mo/nasterij predicti benignitate permoti Attendentes nichilominus quis (et quantus sit ipsorum deuotionis ardor²³ quem (ad nos, et Sacrum R o m a n u m Imperium ge)rere²⁴ noscuntur predecessorum nostrorum R o m a n o r u m Imperatorum et Regum uestigiis feliciter inherere / cupientes Jpsis preposito et Conuentui dictoque monasterio (praescripta omnia, et alia ipsorum pri)²⁵uile(gia, iura, indulta, libertates, concessiones)²⁶ gratia et litteras que a diuis R o m a n o r u m Imperatoribus et Regibus nostris predecessoribus obtinuerunt hactenus et obtinent pro presenti in omnibus ipsorum pun(ctis, sententijs, clausulis, et expressionibus, ac si de verbo ad verbum inserta, et in)serte²⁷ forent et singulariter que in suprascriptis²⁸ priuilegijs superius recitantur, Animo deliberato non per Errorem aut improuide, sed maturo digestoque principum, Comitum, nobilium, et)²⁹ fideleum (nostrorum accidente consilio ratificauimus)us³⁰ approbavimus innouauimus, confirmauimus, ratificamus, approbamus innouamus et tenore / presentium gratiosius confirmamus. Decernentes expresse quod corundem priuilegiorum, et litterarum, ac)³¹